

**Commentarivs Pavli Bernriedensis, Antiqvi Scriptoris, De  
Vita Gregorii VII. Pontif. Max.**

**Paulus <Bernriedensis>**

**Ingolstadii, 1610**

IV. De solicitudine eius circa pauperulos infantes exhibita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65381)

preciosi Martyris Cyriaci, obsecundauit, & acutissimā  
aciem vsq; in finem perseverantem impetravit, in hoc  
valdē mirabilem, quod neque plurimis lacrymis, ne-  
que subtilissimis Operum studiis cederet.

IV. Extunc habere cœpit solitudinem infantium,  
vt matres & nutrices, in lauandis eorum capitibus, &  
consuendis eorum vestibus, aliisque necessariis exhiben-  
tibus.

V. Adelhaidis vxor Manegoldi Comitis Palatini, de  
castello quod Moropolis dicitur, mulier valdē religio-  
sa, vtpote sectratrix sororum suarum electarum C H R I-  
S T O Virginum, quarum una Wielica, altera vocabatur  
Hiltiburgis, quarum etiam mira post obitum gloria  
Beatae Herlucæ diuinitus ostensa est. Hæc, inquam, can-  
dem Herlucam sibi assumpsit in adiutorium perno-  
stanti in oratione D E I. Quadam ergo nocte mali-  
gnus spiritus volens eis pauorem immittere, & sacris  
vigiliis illudere, tetrâ, sicut cum decebat, indutus spe-  
cie, extinxit lumen, quod vnicum erat in Oratorio:  
quod cum Herluca reaccendisset, iterum exsufflavit. Il-  
lis verò vehementius orationi incumbentibus, supera-  
ri se dolens inimicus, tanto cum fragore discedens per-  
mouit castellum, quo funditus eversum iri timeretur:  
& seculares quidam repentina sonitu exergefacti, &  
nimis attoniti, diuersas opiniones tam in ipsa nocte,  
quam in sequenti die super insolita quaestione confe-  
rebat. Porro sanctæ vigiles se quidquam inde scire dis-  
simulabant: tametsi Herluca signum periculostum oris  
acceperat in facie ex maligni spiritus afflatione.

VI. Similiter ei ante paucos annos etiam Beronica  
contigit: quando more suo Canonicas vigilias præoc-  
cupans, Ecclesiā singularis expetiit, in riuulum quoque  
malo-